



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Antidecalogvs Theologico-Politicvs Reformatus**

**Dript, Laurentius a**

**Paderbornae, 1672**

5. Licet acceptare duellum pro defensione honoris & occidere provocantem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13441**

## PROPOSITIO V.

Licet acceptare duellum pro defensione  
honoris, & occidere provocantem.

6. **F**undamentum prioris est justa defensio & iniuriæ vindicatio, posterioris vero, quod crudelis sit, & dicatur qui famam negligit c. nolit. 12. q. 1. & non minor si infamia timor quam mortis l. isti quid. 8. f. penult. ff. quod metus causa, famaq; & vita paribus passibus ambulent l. justa caus. 9. f. demanu-  
miss. Sed fundamentum prioris ex se ipso attentis fundamentis S. Augustini ipsiusque decalogici præcepti, omnem hominis privata auctoritate, extra necessariam cum moderamine inculpatæ tutelæ factam defensio-  
nem vetantis corruit.

7. Ad fundamentum posterioris ref. pol-  
detur: Judiciorum Jurisque publici tutelam ad hoc constitutam, ne quisque sibi ipsi præ-  
sumere valeat ultionem; nunquam enim erit quieta & tranquilla res publica, si quoties  
quis injuriâ oneratus integrum illi fuerit  
provo-

provocare injuriantem ad arima & cum eo  
in arenam descendere; Vnde ad argumenta  
in contrarium allata negatur illum famam  
negligere qui duellum recusat, cum alia sup-  
petant justæ defensionis media: Si recusans  
duellum afferat, se quocunque loco fuerit,  
ad defensionem paratum fore, nec pedeni  
alterius metu loco moturum aut alio decli-  
naturum. Quod verò liceat vitæ invasorem  
cum moderamine inculpatæ tutelæ occide-  
re, hinc fit, quod eo casu vita propria alio  
modo conservari nequeat, quod in defensi-  
one honoris famæ & fortunæ locum non ha-  
bet, maxime dum cessat actualis invasio, quæ  
utique fugiente illo, qui injuriā intulit cessat:  
Merito proinde *ultima assertio à sede Apo-*  
*stolica, ut scandalosa est anathematizata, sed*  
*jam diu ante Gregorius XIII. ut refert Mar-*  
*tinus Delrio Disq. Magic. lib. 4. cap. 4.* hanc  
sententiam anathematizarat Anno 1582. 9.  
Decembr. & ante eum Concil. Trident. sess. 25.  
de reform. cap. 19. Detestabilis inquiens duel-  
lorum usus fabricante diabolo introductus, ut  
cruenta corporum morte animarum etiam  
perniciem lucretur ex Christiano orbe penitus

S 2

exter-

exterminetur. Imperator, Reges, Duces, Principes, Marchiones, Comites, & quocumque loco nomine Domini temporales, qui locum ad Monomachiam in terris suis inter Christianos concesserint: eo ipsis sint excommunicati ac jurisdictione & dominio civitatis, castri autem in quo, vel apud quem duellum fieri permis-  
sint, quod ab Ecclesia obtinent privati intelligantur: & si feudalia sint directis Dominis statim acquirantur. Qui vero pugnam commis-  
serint, & quieorum patrini vocantur excom-  
municationis ac omnium bonorum suorum  
proscriptionis ac perpetuae infamiae notam in-  
currant. Et si in ipso conflictu decesserint per-  
petuo careant Ecclesiastica sepultura. Quas  
poenias ad spectatores & suasores quoque  
extendit. Ex quibus infert Delrio illos quo-  
que in has poenias incidere qui dicunt veni-  
ad talem locum, ego te illic crastali, velti-  
li hora expectabo. Nec hic sifit novarum  
ad inventionum temeritas: forte quis put-  
bit magnam quantitatem bonorum fortunaz  
requiri, ut licite quis invasorem occidat. Ec-  
ce contrarium.

Propo-